

vir Waltherus, nostre dicte civitatis concivis, pro salute anime Rudegeri, generi sui proch dolor nuper defuncti, necnon in subvencionem anime proprie sive progenitorum suorum silvam, que juxta villam, que vocatur Kunewal, sita est, fratribus minoribus Lubavie commorantibus ad manus petitoris eorundem fratrum, scilicet Petri de Kemenicz, in facie nostri judicis, videlicet Petri sculteti, et coram nostro judicio benivole tribuit ac porrexit. 5 Quam silvam prememoratam domina Elizabet, Ulmanni de Cryschin relicta, petitori prefato aliisque omnibus in eodem petitionis officio succedentibus loco nomineque sepe dictorum fratrum contulit perpetue possidendam. In cujus rei testimonium, ne super hujusmodi donacione, porreccione et collacione quisquam vacillet in posterum, literam presentem conscribi fecimus nostre sigillo civitatis roborando, presentibus viris honestis, Wilcone, 10 Petro Gladiatore, Martino Slavo, Johanne de Opach aliisque pluribus fide dignis. Datum anno domini M^oCCCXXXVI in cathedra sancti Petri apostoli, tempore gardianie fratris Hermanni de Ligniz.

14.

1339 Aug. 10. 15

Hdschr.: Siehe oben S. 11 No. 17 (unter Kamenz).

König Johann von Böhmen genehmigt das Achtsbündniß der Städte Breslau, Neumarkt, Glogau, Görlitz, Bautzen, Kamenz, Löbau, Strehlen und Ohlau.

15.

König Johann von Böhmen bestimmt, daß alle und jede Bürger und Einwohner von Löbau von 20 jetzt an nicht mehr vor das Landgericht in Bautzen citirt werden, sondern daß, wer immer Ansprüche an sie zu machen habe, vor dem Erbrichter der Stadt Löbau Recht suchen solle.

Prag, 1341 Dec. 23.

Hdschr.: Bestätigendes Transsumpt von König Wladislaus (Ofen, 1493 Febr. 14, Donnerstag Valentini), Stadtarchiv Löbau No. 29 mit S.

25

Gedr.: Tzschoppe und Stenzel, Urkunden-Sammlung 552. Köhler, Cod. Lus. 342.

Nos Johannes dei gracia Boemie rex ac Lucemburgensis comes notum facimus tenore presencium universis, quod cupientes^{a)} ex animo condiciones civitatum nostrarum meliores facere et earum cives et incolas in ipsorum juribus conservare, ut eo nobis melius servire valeant, quanto se in ipsorum juribus magis et graciousius esse senserint 30 conservatos, sic etenim, maturo consiliariorum nostrarum prehabito consilio, sanctione perpetua statuimus et ordinamus, ut omnes et singuli civitatis nostre Lobavie cives et incole ammodo in judicium provinciale in Budissin non debeant vel possint aliququaliter evocari, sed quilibet eos inpetens pro quacunque causa justiciam ab ipsis in dicta civitate coram iudice ipsius civitatis Lobavie hereditario jure, quo ipsa civitas fruitur, requirere 35 debeat, justicia mediante. Committimus igitur universis et singulis capitaneis et quibuslibet officialibus et fidelibus, presentibus et futuris, quatenus ipsos prefatos cives nostros

15. a) cupiens.